

ris & per prædictas tabulas scire uolueris quo ab eo de cir-
 culo signorum perueniet directio in aliquo annorum scias
 ascensiones ipsius significatoris dirigendi cum quibus transit p
 aliquem circuloꝝ angulorum uel horarum, si fuerit in aliquo e-
 orum, uel per locum suæ distantia ab angulo per modum supi-
 us dictum, siue fuerit in ecliptica, siue extra eclipticam, deinde
 super huiusmodi ascensiones adde numerum annorum, quorūcūq;
 uolueris, & quod inde prouenerit, extende in ascensionibus cir-
 culi, in quo fuerit idem significator, siue fuerit in circulo alicu-
 ius anguli, siue in aliquo circulo horarum, & quod in eius dire-
 cto fuerit de gradibus & minutis circuli signorū, serua, quia illuc
 perueniet directio significatoris dirigendi in eodem anno. Si ue-
 ro significator dirigendus in aliquo circulo angulorum uel hora-
 rum fuerit inter duos circulos, scias ascensiones eius cū qui-
 bus transit per locum suæ distantia ab angulo, siue fuerit in ecli-
 ptica, siue fuerit extra eclipticam, ut dictum est supra. Deinde
 super huiusmodi ascensiones adde numerum annorum quorumcū-
 que uolueris, & quod inde prouenerit, extende in ascensionibus
 circuli anguli, uel in ascensionibus circuli horæ perfectæ, ad quæ
 eorum, uidelicet immediate reuoluitur in directione directa, uel
 à quo in medietate separatus est in directione conuersa, & quod
 in eius directo fuerit de gra. & minu. circuli signorum serua. Po-
 stea scias differentia ascensionū, quæ fuerit in directo prædictorū
 gra. & minutorū circuli signorū, & ipsam multiplica p mi. uel ho-
 ras, aut p horas & mi. lōgitudinis significatoris dirigēdi ab an-
 gulo, si numerum annorum extēdisti in circulo anguli uel p mi. lōgitu-
 dinis significatoris dirigēdi à circulo horæ pfectæ, si numerum an-
 norū extēdisti in circulo horæ pfectæ, et qd inde prouenerit, diuide
 p ascensionē correspondētes uni gradui circuli signorum in parte
 extensionis prædictæ in loco distantia significatoris ab angulo,
 & quod inde exiuerit adde gradibus & minu. circuli signorū pri-
 us seruatis, si ascensiones circuli anguli à quo accepisti horas lō-
 gitudinis significatoris dirigēdi fuerint maiores ascensionibus
 alterius anguli sequentis, aut si ascensiones circuli horæ pfectæ